Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manuscripta Rhenaugiensia - Cod. St. Blasien 33 bis 37

[Pars IV] - St. Blasien 36

Rusconi, Bernhard

[Südschwarzwald, St. Blasien u.a.], [2. Hälfte 18. Jh.]

Hugo Schmidfeld, Observationes quaedam in additamena P. R. Stanislai Wülbertz, quae pro augenda diatriba de duobus Reginbertis et Beringeris mecum communicavit

urn:nbn:de:bsz:31-46582

Visual Library

22. Decb. 1749. R. P. Hugonis Schmidfeld

Observationes quædam
in additamenta P. R. Pat.
Stanislaj Wulberts,
quæ pro augenda Diatriba de duobg Reginbertis et
Beringeris mecum comunicavit.

1.mo Apographu Rotuli Membranacei à Joañe de Ochsenhusen nuper ad manus meas pervenit, justaq, inveni omnia, quæ inde añotasti.
Id tamen adverti, quod obitus Reginberti ante epocham dedicati Monrij ponatur: quem tñ, si de secundo Reginberto loquamz, post peractam dedicationem vita functu certo scimus? quid inde Tibi ariolari placet?
Quæ de Beringero mones, oppido animadvertenda sunt; nisi Tuo, Vir sagacissime, me judicio liberaveris, anceps hæreo: illud equidem incidit, quod dicere possem, post dediatione Beringeru abbatem fuisse benedictu, non enim interest, quo año post Conradi II. Diploma id factum asseramus; verum denuo obstat Codicis Membran in Bibl. asservati locus IIII. Kl. Apr. obijt Beringerg Prior: Camborum aliquem hallucinatum esse, oportet, at qualis? ultimum credo, Junior enim mihi videtz esse Scriptura, quam Codicis reliqua, atq recentiori manu adjecta. Notavi tamen iterum, obitum Beringeri ante dedicatum Monasterium assignari, quod fortasse ansam præbere posset, modo aliud documentum plenius extaret, duos etiam Beringeros fuisse: Ium sæculo X. Priorem duntaxat, alterum sæculo XI. ex Priore Abbatem. Quid, rogo, sentis? R. V. N. 5tu

2.do Perscrutabar quam diligentissime Codicem Henrici Membr, atq numerum, ut habet IV. supra Henrici nomen positum videre non potui, sed supra litteram e unicum I. et postea S. Abbatis sic:

Henrici merces sit, ut ista legentes.

rasuræ aut litturæ locus nullus apparet.

3.io Quàm vellem, Vir optime, ut conjectura Tua ex Necrologio Vienæ asservato, certa fieret: at eam labefactari suspicor, ex adjacente ibidem nomine Dieterici, qui eodem cum Sigefrido seculo floruit: Dices Dietericg e nris erat postulatg Donawerdam; at cur obitum Sigefridi ponit Chronicon Murense e nris juxta opinionem Tuam exscriptum? Respones, arbitror, quia confoederati eramg Scafusanis; hinc

p. 181. in libro, cui titulus Ordo operis Dei per circulum anni ex fine videbis post 1348 vivum recenseri Heinricum IV. Jam! Joannes de ochsenhusen, et hi scriptor. antiquiores Libri Constr: ignorarunt annum obitus Beringeri. Unde ergo hausit autor Libri Constr:? Nec chronica Engelb: et Murense quidquam dicunt de Beringero.

S. 336

autem et ego dicere valere, Sigefridi obitum in Necrologio annotatum
propter confœderationem, Indagandum an hac die obierit Sigefridus
Hirsaugiensis.

4.to Inventum est felici sorte Ussermanni Chronicon, atque nunc exstat
in Bibliotheca nostra...

Gisleni opuscula teneo, Burchardi vero necdum vidi.

5.to Quæ de Ramberto observasti sane placent: dicamque cum
Mabillonio non tantum fors, sed plané is idem est cum Regin-
-berto I.mo, qui fortassis tempore destructæ Cellæ Albæ in Ge...
Monasterio hospitabatur, atque tum haustas inde consuetu-
-dines restaurata Cella invexerat.

Scrupulum vero illum Tibi eximas, rogo, piæ, bonæ, beatæ
memoriæ, de defunctis semper dici; quia hoc satis demon-
-strarunt, Mabillon, du Cange, et ultimo Marquardus.

Werneri Antecessor Abbas fuit saltem post dedicationem,
hinc vero Ordo et Numerus abbatum, quem citas et probas,
justus est; Beringerus n.o I. Wernerus I. Sigefridusque ci-
-tantur; Nisi ex conjectura Herigotti dicere velis,
Beringerum I. Wernerum I. et Sigefridum Abbates fuisse
tantum commendatitios Rhenaugia ad Albam Cellam missos,
quos nostri obtenta libertate, et Abbatia propria erecta
non pro veris, quia non suis, agnoscentes, se a primo
Abbate proprio scripserint in Ordine ac Numero ut
satis noto.

6.to Nunc 8.vum de Lochneri compilatione omittam.

7.mo Fateor me satis fidenter, atque nimis dixisse de obitu
Reginberti IX. annis ante Beringeri mortem: id tamen
non officit, arbitror, opinioni meæ, modo id certum sit
Reginbertum A.o 1036. adhuc vixisse, et ante Beringerum
obiisse.

8.vo Non volo Ecclesiam, sed Cellam unarum Ecclesiam, ut
dicimus, das Closter ist in dieser Sache zu bauen ange-
-fangen worden, quod de Cella et Ecclesia simul in-
-telligi potest, licet posterioribus annis Ecclesia sit aedifi-
-cata.

9.no Quid amabo! Sapientissime Stanislae, jam nunc dicemus
de injusta Henriciano Diplomati per Marquardum in-
-flictâ nota? postquam enim Authographum heri Ottonia-
Diplomatis manibus meis contrectavi, atque usurpavi o-
-culis, singula etiam absque partium studio perlustravi, ac
-cessabat illico praecocem adeo opinionem meam, et in Gu-
velis omnibus expansis Marquardique pervolavi sententiam
Ottonis II. non I.mi Diploma esse; rasura enim satis aperta
et Numerorum substitutio tam manifesta, ut manibus i-
psis contrectare valeat: ambo numeri decenarii ...

A Si Chronico Magdeb: fides, A.o 962 obiit Reginbertus: Ergo ante diploma
Ottonis, quod mortuum merito sanctum appellat. contra dices: Eidem sancto
Deo: ergo vivit adhuc. Sed contra; alia diplomata dicunt: Deo et S. Blasio. Ergo
S. Blasius adhuc vivit et praesens fuit. Sic jocari liceat.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg